Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26088
Copyright: Admont, Benediktinerstift



131

Cras apparebit iustitia mea. In exodo quoq; ubi
de agni paschalis esu preceptum additum est. Nec remanebit
ex eo quicquam usq; mane. Cum autem futura dies iudicii aduenerit
et omne humanum genus iusti uidelicet et peccatores ante
presentiam supni iudicis constituentur tunc reuelabitur quali mente quisque
hic uixerit. Ubi iusti ad percipiendum regnum celestis patris presen
tentiam presentis iudicis inuitantur et peccatores simul cum diabolo
inferni cruciatibus puniendi expelluntur. Quod et quod rex in noctem
somnem duxit in illud quod in psalmo septum est ecce non dormitat
neq; obdormit qui custodit israel. Leguntur coram eo hystorie
et annales priscorum temporum in quibus commemoratio fidei et bonorum
actuum Mardochei continetur. Quia rex seculorum et princeps regum
terrae in se idem semper manens omnium temporum cursus et
singulorum actuum noticiam uno contemplatur intuitu. Nec est apud
illum quicquam reciduum sed presentialiter in conspectu eius omnia pareant.
De quo per ieremiam dicitur. Quem fecerunt omnia ipse est. et israel
uirga hereditatis eius. Dominus exercituum nomen illi. Vnde et apostolus
ait. In xpo enim ihesu non est in illo est et fuit. sed est semper illo est.
Et iterum ihesus ingit xpus heri et hodie. ipse et in secula seculorum.
Commemorantur quoque gesta mardochei coram hoc rege quia bona
opera sanctorum electorum nunquam apud eum obliuioni tradentur. sed fit
quod scriptum est. In memoria eterna erit iustus. ab auditu
malo non timebit. Iubet Mardocheus regalibus uestimentis induit.
et imponi super equum quem de sella regis est et accipere regium diade
ma super capitum suum. et primum de regiis principibus et tyranni
tenere equum eius et per platheam ciuitatis incedendo clamare
ac dicere. sic honorabitur quecumq; rex uoluerit honorare.
cum predicatores sancti euangelii et magistri ecclesie omnium